



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

S. Vincentii Lerinensis Galli, Libellus Verè Avrevs Adversus profanas Hæreseōn novationes

Vincentius <Lerinensis>

Coloniae, 1652

Libellus. Præfatio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55177](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55177)

S. VINCENTII
 LERINENSIS NA-
 TIONE GALLI PRO
 Catholicæ fidei antiquitate &
 universitate, adversus propa-
 nas omnium hæreseon
 novationes.

LIBELLUS.

P R A E F A T I O.

Dicente scriptura &
 monente, Interroga
 Patres tuos, & di-
 cent tibi: seniores
 tuos, & annuncia-
 bunt tibi. Et iterum:
 verbis sapientium accommoda au-
 rem tuam. Et item: Fili mi, hos ser-
 mones ne obliviscaris, mea autem
 verba custodiant cor tuum. Videtur
 mihi minimo omnium fervorum
 Dei Peregrino, quod res non mi-
 nimæ utilitatis Domino adjuvante
 A futu-

alidissimam
 onso nomis
 versus hanc
 secundis lib
 m à quibus
 recapitulat
 su, prim
 um editi
 Valen-

VIN.

futura sit, si ea quæ fideliter à sanctis Patribus accepi, literis comprehendam. infirmitati certè propriè pernecessaria: quippè cum ad sit promptu, undè imbecillitas memoriæ meæ assidua lectione reparatur. Ad quod me negotium non solum fructus operis, sed etiam consideratio temporis, & oportunitas loci hortatur. Tempus propterea quod cum humana omnia ab eo rapiantur, & nos ex eo aliquid in invicem rapere debemus, quod in vitam præficiat æternam: præsertim, cum appropinquantis divini iudicii terribilis quædam expectatio auri efflagitet studia religionis: & errorum hæreticorum fraudulentum multum curæ & attentionis indigeat. Locus autem, quod urbium frequentias, turbasque vitantes remotioris villulæ, & in eo secretum monasterii incolamushabitaculum, ubi absque magna distractione fieri possit illud, quod canitur in Psalmis. Vacate & videte, quoniam ego sum Deus

Deus. Sed & propositi nostri ratio
 in id convenit, quippè qui cùm ali-
 quandiu variis ac tristibus sæcularis
 militiæ, turbinibus volueremur,
 tandem nos in portum religio-
 nis, cunctis semper fidissimum,
 Christo adspirante condidimus: ut
 ubi depositis vanitatis ac superbiæ
 flatibus, Christianæ humilitatis sa-
 crificio placantes Deum, non solum
 præsentis vitæ naufragia, sed etiam
 futuri sæculi incendia vitare posse-
 mus. Sed jam in nomine Domini,
 quod instat, aggrediar: ut scilicet à
 majoribus tradita, & apud nos de-
 posita, relatoris fide potius, quàm
 auctoris præsumptione: hac tamen
 scribendi lege servata, ut nequa-
 quam omnia, sed tantum necessaria
 quaque perstringam: neque id or-
 nato & exacto, sed facili, communi-
 que sermone: ut pleraque significata
 potius, quàm explicata videantur.
 Scribant ii lautè & accuratè, qui ad
 hoc munus, vel ingenii fiducia, vel
 officii ratione ducuntur: me verò.

A. 2.

suble-

sublevandæ recordationis, vel potius oblivionis meæ gratia; commo-
nitorium mihi metipsum parasse suffecerit: quod tamen paulatim recolendo quæ didici, emendare & implere quotidie, Domino præstante, contabor. Atqui hoc ipsum idcirco præmonui, ut si forte elapsum nobis in manus sanctorum devenerit, nihil in eo temerè reprehendant, quod adhuc videant promissa emendatione limandum.

Auctoritate sacra Scriptura Ecclesiastica intelligentia addendam auctoritatem, ut Catholica fidei veritas ab hæretica pravitate falsitate discernatur.

CAPUT I.

Sæpè igitur magno studio & summa attentione perquirens à plurimis sanctitate & doctrina præstantibus viris, quoniam modo possum certa quadam, & quasi generali ac regulari via, Catholicæ fidei veritatem ab hæreticæ pravitate falsitate